



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Sequitur Confirmatio Episcopalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**



præterea hospitali & Ecclesiæ cœmeterium & liberam sepulturam pro omnibus & singulis personis quas in ipso hospitali pro tempore mori contigerit eadem auctoritate concedas & alia ibidem statuas & ordines, quæ pro animarum salute ac ipsius & Ecclesiæ nec non pauperum & aliarum personarum degentium in eisdem statu salubri videris reperire, Apostolicis vel aliis constitutionibus contrariis non obstantibus quibuscunque, jure tamen parochialis Ecclesiæ & cuiuslibet alterius in omnibus semper salvo, Dat: Ammon. VIII. Idus Aprilis Pontificatus nostri anno septimo.

### Sequitur Confirmatio Episcopalis.

QVONIAM labilis est memoria hominum & corruptibili materia formata, cum certius morte, nihil incertius sit hora mortis. Idcirco inuentum est scripturæ remedium, ut ea quæ in præfenti hominum dispositione extiterint ordinata, possint in posterum ad perpetuam liquido memoriam comparari. Nos igitur *Conradus de Hämberch* Præpositus & prouisor in Spiritualibus & temporalibus generalis, totumque Capitulum Ecclesiæ *Ratisbonensis*, considerantes & pia meditatione pensantes, quod nobilis vir Dominus *Vdalricus* senior de *Abensperg*, spiritu benigno ductus pro se & hæredibus suis *Dietrico*, *Iohanne* & *Vlrico* ac successoribus eorundem ad Dei omnipotentis honorem diuinique cultus incrementum, & in eius ac progenitorum ac successorum suorum, remedium animarum in loco dicto *Eßing* nostræ *Ratisbonensis* Dioc: quoddam collegium Canonorum sæcularium cum hospitali annexo de bonis sibi à Deo collatis canonicè fundauerit in honorem sancti *Spiritus*, *Martini* & aliorum sanctorum, quorum reliquiæ in prædicto collegio requiescunt benigne construxerit, eumque pie sex Canonicis presbyteris, quorum vnus per canonicam electionem aliorum in Decanum sit eligendus, & per eosdem Episcopo *Ratisbonensi* aut eius prouisor sit præsentandus, & per jam dictos Episcopum vel prouisorem confirmandus, qui in dicto Collegio deseruiant in diuinis, omnesque horas canonicas peragendo & singulis diebus tres missas videlicet priorem missam & publicam decantando & reliquam legendo quibusque singulis suos redditus speciales, & taxum decem librarum denariorum *Ratisbonensium* certorum reddituum vna cum propriis hospitiiis juxta collegium prædictum deputauit & duodecim saltem pauperibus in hospitali prædicto collegio jam dicto annexo continuè sustentandis, per redditos infra scriptos dotauerit, videlicet Ecclesiam in *Syndelbach*, *Eßtetensis* Dioc. soluentem in absentia decem libras denariorum, item Ecclesiam in *Croppenhofen* eiusdem Dioc: soluentem viginti quatuor scaphas vtriusque, item curiam in *Eyzenprunn* soluentem septem scaphas vtriusque bladi decem solidos denariorum, quatuor anseres, octo pullos, viginti caseos, duas præsentias, item curiam in *Reut* soluentem duas scaphas siliginis, & duas auenæ, octo caseos, quatuor pullos, duas præsentias. Item decimam Noualium in parochia *Eßing* soluentem septem scaphas vtriusque bladi. Item vnum pratium in *Leyndorff* soluens decem solidos denariorum, item parochialem Ecclesiam in *Au* soluentem in absentia octo libras denariorum, & LX. den. de Aduocacia, Item vnum prædium in inferiori *Eßing*, soluens vnam scapham siliginis & vnam auenæ, quinque solidos denariorum, item redditus de vineis in *Khäpffelberg* soluentes quinque vnas, cum dimidia, item Ecclesiam parochialem in *Hagenhil*, soluentem quatuor libras curiæ LX. denar. Item de molendino in *Göcking* duas libras denar: Item curiam in inferiori *Eßing* soluentem duas scaphas siliginis, duas auenæ LX. dena-



LX. denariorum, quatuor anseres, octo pullos, centum oues, duas presentias.  
 Idem Molendinum in *Blinberckh*, soluens vnam scapham filiginis cum dimidia  
 LX. denariorum. Item curiam in *Essing* iuxta collegium soluente[m] sexaginta  
 denar. Item curiam in *Puelach* soluente[m] quinque scaphas filiginis, vnam sca-  
 pham tritici, vnam scapham hordei, quatuor scaphas auenae, tres solidos dena-  
 riorum, duas metretas papaueris, triginta caseos, octo pullos, quatuor anse-  
 res, duas presentias valentes, viginti quatuor denariis, & de curia in *Avve*  
 III. libr. denariorum & hortum iuxta pontem, item curia in villa dicta  
*Schrvaben* soluente[m] III. scaphas filiginis & totidem auenae LX. denariorum  
 octo pullos, sedecim caseos, duas presentias; item curiam ibidem soluente[m]  
 tres scaphas filiginis, tres auenae, mediam tritici, mediam ordei, octo pullos,  
 sedecim caseos, duas presentias, nouem solidos denariorum; Item curiam  
 in *Hettenhausen* soluente[m] vnam scapham filiginis & totidem auenae, LX. de-  
 nariorum. Item curiam in *Khlopffenberg*, vnam scapham filiginis, vnam scapham  
 auenae, LXX. denar. Item Curiam in *Kheylstorf*, soluente[m] vnam scapham  
 filiginis, vnam scapham auenae, mediam libram denarior. & minuta ac duas  
 presentias. Item Capellam in Castro *Egersberg* soluente[m] in absentia duas li-  
 bras denar. Item Curiam in *Selbach* soluente[m] vnam & mediam scapham fili-  
 gnis, totidem auenae, octo pullos, sedecim caseos, duas presentias. Item  
 Curiam in *Tottenacker* soluente[m] duas scaphas & mediam filiginis, totidem  
 auenae viginti denariorum, quatuor anseres, octo pullos, duas presentias.  
 Item Curiam in *Bereztrumb*, soluente[m] vnam scapham filiginis, vnam auenae.  
 Item praedium in *Zelle*, soluens mediam scapham filiginis, mediam scapham  
 auenae. Item pratum in *Geysefeldt*, soluens sexaginta denar. Item vnam  
 Curiam in *Humelstorf*, soluente[m] nouem solidos denariorum minus duobus  
 denariis, item pratum in *Lautersee* soluens viginti denar. item curiam  
 in *Wolfspuech* soluente[m] vnam scapham filiginis, vnam auenae, item curiam in  
 praedicta villa *Schrvaben* adjuncto pomerio soluente[m] duas scaphas filiginis, du-  
 as auenae, mediam libram denar. octo pullos, sedecim caseos, item duas vineas  
 in *Stamacker* soluente[m] circa viginti quatuor vnas vini. Item vnam vineam in  
*Gronstorf* circa quadraginta vnas, item vineam in *Kelheim* soluente[m] duode-  
 cim vnas. Item vineam in *Randeckh* soluente[m] duodecim vnas. Item Ecclesi-  
 am parochialem in *Lobsing* post obitum Domini Conradi dicti *Stolle* canonici  
 Ecclesiae Cathedralis soluente[m] in absentia duodecim libras denar. Ratispon-  
 nen. Item illustris Princeps Dominus *Albertus* Dux *Bauariae*, vna cum Domino  
 de *Abensperg* & suis haeredibus dotauit saepedictum Collegium, cum duobus  
 plaustris lignorum singulis septimanis ducendis de silua sua ad districtum *Kel-*  
*heim* pertinentem. Item piscatores soluente[m] per hebdomadam sex denar. Prae-  
 terea praefatus Dominus *Vlricus* de *Abensperg* Senior cum suis haeredibus scilicet  
 Domino *Dietrico* Canonico *Ratisbon.* *Ioanne* & *Vlrico* promiserunt, fide data praedi-  
 ctum Collegium pluribus rebus dotare, ac in omnibus bonis prouentibus  
 seu iuribus iuuare, & diligentius defendere, iure patronatus tamen sibi & haere-  
 dibus suis in perpetuum reseruato: ita quod Decanus ad praesentationem Do-  
 mini *Vlrici* senioris de *Abensperg* & haeredum suorum praedictorum ac successorum  
 eorundem per Episcopum *Ratisbonensem* vel eius prouisorem, qui tunc est  
 vel fuerit instituat perpetuus Rector & Gubernator Collegij & hospitalis praedi-  
 ctorum, qui animarum Canonico[rum], scolario[rum] infirmo[rum], pauperu[m]  
 ac domesticorum familiarium ibidem in dictis Collegio & hospitali pro tempo-  
 re degentium & alias de pauperum gubernatione: curam animarum confessiones  
 audiat ac eis poenitentias salutare[m] iniungat, beneficium absolutionis im-  
 pendat



pendat emolumenta distribuatur, aliaque ministret eisdem Ecclesiastica Sacramenta, vna cum cimiterio & libera sepultura pro omnibus & singulis personis, quas in ipso Canonicorum Collegio, nec non hospitali pro tempore mori contigerit prout dictus Dominus *Vlricus* senior de *Abensperg* in literis Apostolicis vera bulla bullatis, Sanctissimi in Christo Patris & Domini, Domini *Innocentij* diuina prouidentia Papæ sexti impetrauit, verum etiam, vt prædicti Canonici presbyteri cum eorum Decano gaudeant eisdem libertatibus & iuribus, quibus alia Ecclesiæ collegiatæ in Diocesi Ratisbonensi gaudere dinoscuntur & nihilominus ab eisdem Domini *Vlrici* senioris de *Abensperg* ac hæredum suorum prætorum & successorum suorum eorundem præsentatione: cum aliquis de prædicto Collegio Canonicorum viam fuerit vniuersæ carnis ingressus per Decanum & reliquos Canonicos de Collegio prædicto alius discretus & approbatus sacerdos recipiatur, & sibi de iuribus & redditibus Stalle in Choro & Capituli provideatur per eosdem. Quapropter prædictus Dominus *Vlricus* de *Abensperg* Senior cum suis hæredibus supradictis nobis humiliter cum instantia supplicauit, quatenus ipsorum fundation, seu dotation. Collegij & hospitalis prædictorum ac pie mentis intention: dignaremur gloriosus & gratiosus confirmare, Nos verò ad votiuam ipsorum instantiam eandem fundationem ratam habentes & gratam, ipsamque cum omnibus aliis acquirendis in posterum supradicto rescripto apostolico & iuribus Ecclesiæ parochialis in *Eßing* in omnibus tamen saluis, quibus in nulla parte volumus derogare, auctoritate nostra in quantum de iure possumus ex certa nostra scientia approbamus & præsentibus confirmamus in quorum robur & testimonium prædictorum præsentibus nostris procuratoris & Capituli nostri duximus roborandas. Datum & Actum Anno Domini Millesimo tricentesimo sexagesimo septimo, in crastino sancti *Vdalrici* egregij Confessoris atque Pontificis.

### Sequitur confirmatio Episcopalis super Beneficio

S. in *Hagenhil.*

**A**LBERTVS Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus *Ratisbonensis*, vniuersis & singulis has literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Honorabilium & circumspectorum armigerum nobis in Christo dilectorum *Caspari* & *Erasmi Geben* fratrum nostræ *Ratisbonensis* Diocesis, exhibita nobis petito continebat. Quod cum ipsi quandam Capellam sitam in Cimiterio parochialis Ecclesiæ in *Hagenhil* dictæ nostræ *Ratisbonensis* Diocesis ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, beatissimæque genitricis suæ virginis *Mariæ* totiusque Curia cœlestis triumphantis, ac ob salutem & remedium animarum suarum progenitorumque & successorum suorum, & omnium animarum fidelium defunctorum, vnam missam perpetuò celebrandam fundauerint & de propriis suis bonis pro vno presbytero seu capellano, perpetuo ibi tenendo, copiosè dotauerint, videlicet bonis & redditibus subscriptis. Item primo vnam curiam in *Schaffhyl* soluentem singulis annis duas scaphas cum dimidia filiginis & totidem scaphas auenæ, dimidiam scapham tritici & totidem ordeï mensuræ in *Almanstein* ac sexaginta denarios Ratis. de pratis in vulgo *Wißgelt*. Item in *Nidertolling* vnam curiam, soluentem etiam singulis annis duas scaphas filiginis & totidem scaphas auenæ, dimidiam scapham tritici, & totidem ordeï, mensuræ prædictæ & duos panes, vulgariter nuncupatos *zwo Weißhait*. Item in ambabus villis dictis *Osendorf* & in *Hyttenhausen* decimas, cum quatuor scaphis cuiuslibet bladi, & duarum dictarum pratis in vulgo, *zway Tagwerch Wismaths*. Item in *Hagenhil* vnam